

1782
5
1

DE
MORBO
DYSENTERICO

CONSENSV
GRATIOSAE FACVLTATIS MEDICAE

IN REGIA FRIDERICIANA

PRAESIDE

D. PHILIPPO ADOLPHO BOEHMERO

FACVLTATIS MEDICAE SENIORE ET H. T. DECANO

PRO

GRADV DOCTORIS MEDICINAE

SOLEMNITER CONSEQUENDO

DIE VIII. M. OCTOBR. MDCCCLXXXII

PVBЛИCE DISSERET

AVCTOR

FERDINANDVS FRIDERICVS WALTER

GLOGAVIA - SILESIVS.

HALAE MAGDEBURGICAE,
LITTERIS FRID. WILH. MICHAELIS.

1782

DE
MORAO
DYSENTERICO

GOTTLICHER FRIEDL GORI
GRATIOSAE HACCATATIS MEDICEAE

IN REA TUMERICINA

TRAESIDEA

D. THOMAS ADOLPHUS BECHHEIM

ACADAMIA MEDICAE SENSIGE ET H. T. BECKNO.

1710

CLAVO DOCTORIS MEDICINE

SOLVIMENTA CONSISTENDO

HIC TITUS A. SCOTIÆ MEDICÆ

PHYSICÆ DISCRIPTI

AD TONIC

FERDINANDUS LUDV. MECZ. MARTHEI

ACADEMIA MEDICÆ

MELISSA MUNIFICENTIA

PHYSICÆ DISCRIPTI

VIRO

EXCELLENTISSIMO EXPERIENTISSIMO

DOCTISSIMO

GOTTLIEB ERNST GORN

DOCTORI MEDICINAE

NEC NON

PHYSICO CIRCULI IAVORIENSIS REGIO CONSTITVTO

COGNATO MEO IN AETERNUM VENERANDO

HASC

STUDIORVM PRIMITIAS

HVMILLIMA MENTE

D. D. D.

FERDINANDVS FRIDERICVS WALther.

ALIO
EXCELSITASIMO ETERRITASIMO
DODITASIMO
GOTTWER ERNST GORI
DOCTORI MEDICINAE
M.D. 1600
THEATICO CIRCAEAT AEROPHILIS RHEO CONSISTAT
COPAKO MLO IN VETERINA AEMPLA
LACUS
SATELLITARUM ET LIMITARUM
HUMANITATIS
FRIEDRICHVS WALTHER



A medicinae se de ceteris quibusdam malis manifeste potest esse
deorum arbitrio datur, non enim in aliis, sed in aliis
et hoc secundum medicinam, et hoc secundum medicinam
calore insigni de corpore, medicinae, etiamque rationabili, et si medico
particulari considerari possit, sed non solum secundum medicinam, et hoc secundum
consecutum obsequiis, medicinae, medicinae, etiamque rationabili, et si possit
medico, hoc secundum medicinam, medicinae, medicinae, medicinae, et hoc secundum
et hoc secundum medicinam, medicinae, medicinae, medicinae, et hoc secundum medicinam,

SECTIO THEORETICA.

§. I.

Omnes quidem morbos, in quibus sanguis sive sincerus sive
deiectionibus alvinis interpositus, concitatori motu ex alvo
profundi consuevit, *dysenterias* nomine veteres insignire
runt; recentiores autem medici de *dysenteria*, quam latini *tormina*
et *difficultatem intestinorum* vocant, longe aliter, quam prisci, sen-
tiant. Nec praeter rem: cruentae enim deiectiones absque ullo
tenesmo vel torminibus subinde observantur ^{a)}, neque sanguinis
per alvum evacuatio proprie *dysenteriam* definit, cum et mucosa
aliave materies nullo cruento tincta, per alvum insignibus cum
tortmentis et tenesmo quandoque excernatur. Hinc fit, ut

A 3

^{a) v. SWIETEN Commentar. in aporism. BOERH. Tom. II. pag. 374.}

— — —

recentiores diarrhoeam valde tormentosum, tenesmo et ut plurimum febre aut commotionibus salem febrilibus stipatam, sub dysenteriae voce comprehendant.

§ II.

Distinguunt plerique medicorum dysenteriam sensu latiori acceptam in *sporadicam* et *epidemicam*. Illa saepius ab ingestis malae nutritionis, acribus, aliisve causis in hoc illove subiecto concitatur, ideoque *sporadica* sive *diarrhoea dysenteriodes* aliquando audit; haec vero peculiarem constituit morbum, et longe lateque, contagio serpens, grassatur. Memorabilis porro est distinctio in *beneignam*, quae diutius perdurat, minusve vehementibus ac periculis symptomatis stipatur; et in *malignam*, in qua periculosa dysenteriae propria symptomata excedente in gradu obtinent, aliaque insueta et exitiosa his iunguntur. Dividitur denique vulgo in *ruberam*, *albam*, *griseam* etc. prout vel sanguis vel alia materies excernitur. At si, quod res est, dicendum sit, hanc ab indole excretorum desuntam differentiam utique reiiciendam esse arbitror, cum in uno eodemque aegrotante diversi generis materiae excerni aduentantur.

§. III.

Sed haec generatum dixisse sufficient; iam vero *dysenteriam* potissimum *contagiosam* *populariter* *grassantem*, quam et *veram* ac proprio *dysenteriam* alii appellant, perscrutari aggredior. Atque haec varios malignitatis gradus exhibet, aegrique vel malignius vel paulo mitius ea adfiguntur.

§. IV.

—

§. IV.

At morbus noster more epidemico omnis aetatis sexusque homines infestat, nec lactentibus adeo infantibus parcit. Imprimis autem ei sunt expositi plethorici, sanguinei, et debiles. Neque minus eos acriter adoritur, qui ventriculi et intestinorum debilitate laborant; qui biliosam in primis viis recondunt colluviem; qui prava diaeta, fructibus immaturis, et liquoribus fermentescitibus usi fuerunt, quique frigido humidoque aeri nocturno, solis aestum antea perpepsi, expositi sunt, unde et semper in castris graftatur. Iuvenili quoque aetati dysentericum malum maxime infensum esse, experientia docet. Dixit HIPPOCRATES *in aphorism.* Se^t. III, 11. eos maiori cum periculo dysenteriam corripere, quorum corpora humida essent, ac eo facilius, quo maiori sanguinis copia abundarent, ac quo intensior humorum multitudo in iis praepararetur, quod et nostri, quo vivimus, aevi celeerrimi medici testantur. Liquet inde ratio, cur sexui sequiori tam familiaris sit morbus? Constat enim laxiorem mollioremque esse in feminis corporis habitum. Talis vero corporis conditio plenitudini sanguinisque copiosi proventui perquam favet.

§. V.

Per populum frequenter graftari solet dysenterica lues, certo tempore adstricta. Plerumque enim circa aestatis finem et autumni initium, mense potissimum Augusto et Septembri desaevit, interdum vero Iulio mense iam exfurgit, ideoque aestivis potius morbis quam autumnalibus adnumeratur. Extra hoc tempus haud facile occurrit,

currit, et si alio anni tempore dysenteriae comparent, tum mitiores, tum omnis contagii expertes a nostro morbo plane diversae esse solent b). Tempestatem porro si spectes, aliam praeter altera dysenteriae producendae idoneam esse invenies. Observatur plerumque dysentericus morbus, aestate fervidissima obtinente, grassari, quando imprimis aestuofissimum diem subsequuntur humidae frigidaeque noctes. Neque praesens solum tempestas, sed etiam praegressa ad hunc morbum dicit. Et hyemem siccum, quam subsequitur vor alidum ac pluviosum, aestatis dysenterias praecedere, docet HIPPOCRATES c).

§. VI.

Progedior ad descriptionem atrocissimi huius mali, quod quidem diversissima pro varia corporum conditione facie incedit, ut plurimum autem sic innotescit. Conqueruntur saepissime aegrotantes per aliquot dies, antequam morbus erumpit, de appetentia ciborum deiecta, corporis lassitudine atque tumore circa praecordia molesto. Incipit ipse morbus cum horripilatione, quam calor magnus cum pulsu citato et intensa siti excipit. Primitus diebus alvi laxitas parum a simplici diarrhoea recedit, et humores modo pituitosi, modo biliosi vel puri, vel inter se mixti excernuntur. Deinde vero deiectiones sunt crebrae, licet materia mole exigua cum molesta affidendi cupiditate,

a) FRINGLE Beobachtungen über die Krankheiten einer Armee pag.

b) ibidem. 239.

c) u. de natura humana § 13 in Opp. Tom. I. pag. 211.

ditate, quam tenesimum vocant, exturbet. Spumescentes feces striis sanguineis mixtae et velut ulcerosae profluunt. Per totum morbi decursum atrocissima imi ventris tornina aegrum diseruant. Ciborum fastidium, vomituritiones, vomitusque ipsi in plerisque sub initium morbi adsunt. Borborygmi, praecordiorum anxietates, cardialgia, virium prostratio, et ob deiectionum frequentiam viciae accidunt. Atque haec plerumque in iis, qui mitius adfliguntur, observari solent.

§. VII.

Graniora autem sunt modo recensita symptomata, nouisque exitiosis anguntur in illis, quos malignius malum tentat. Etenim insignis virium prostratio praefto est, et statim ab initio lipothyiae sunt frequentes. Excrementa spumescencia carunculis, vel pelliculis, aut filamentis, quae abrasas tunicae villosae intestinorum particulas referunt, revera autem gelatinosas sanguinis in corpora diuersa solida coactas partes sstant, mixta extorquentur: praeterea quoque excrements tetterimum cadaverosum ac vix tolerabilem spargunt foetorem. Febris in aliis notabilis est ex putridarum genere; in aliis vel nulla esse videtur. Pulsus vacillans, inaequalis, et intermittens deprehenditur. Accidunt tendinum subsultus, inquietudo, stranguria, singultus, ani procidentia et vomitas, quibus materia foetida, ex intestinis excretae similis, expellitur. Varia quoque exanthemata, aphthae, purpura, petechiae erumpunt. Deiectiones postremo ichorosae sunt inuoluntariae, et aegri, viribus plane exhaustis, moriuntur.

B

§. VIII.

§. VIII.

Inclarescit ex dictis symptomatibus, a primo initio ventriculum tenuiaque intestina praecipuum huius morbi praebere sedem; id quod nausea, vomitus, et spasmus cardiae probant. Postea vero omnis materiae morbofae vis in intestina crassa maximeque rectum decumbit; prout dolor, tenebris, salutaris elysmatum effectus, et secessiones hoc morbo enecatorum docent. Quae vero ex intestinis magis minusve afficiuntur, diudicare licet ex doloribus, qui si proxime supra vel circa umbilicum sentiuntur, et excrementa non statim descendunt, quando aeger tornina expertus est, tenuia praeprimis intestina male affici, recte colliges. Quod si vero dolores coli zonam obsident, excrementa vero breui post sequuntur ac tenebris valdopere disrueant, crassa rectumque laborare, concludere licet.

§. IX.

Proximum est, ut in causas, quibus dysenteria debetur, inquiramus. Omnes equidem medici unanimiter in id consentiunt; originem huius morbi a materia quadam acerrima, caustica, quae intestina vellicatione irritat, rodit, et ad vehementissimas contumacias stimulat, repetendam esse. Verum enim vero de singulari eius indole, prout in rebus obscursis fieri solet, inter se dissident, et in diuerfas abeunt opiniones, quas quidem rimari animus non fert. Putridum autem esse acre, multa sunt, quae mihi persuaderent. Apparet enim morbus feruida humidaque tempestate, putredini inducenda maxime accommodata; scorbuticos et pauperes,

qui

qui ob malum viatum folidamque viuendi rationem putridis morbis adeo sunt obnoxii, maxime infestat; febres denique putridae, quae tunc temporis grassantur; et a dysenteriis subinde producuntur, foctor excrementorum manifesto putridus, atque insignis medicinum putredini resistentium utilitas, evidenter putredinem demonstrant. Cum vero bilis p̄ae reliquis corporis humani humoribus in putredinem vergat, et acrior reddita nauseam, cardalgiam, ventris fluxus, aliaque symptomata dysentericis familiaria, quin imo pessimos effectus, velut inflammationem, exulcerationes et gangraenam inducat, a vero hinc non multum aberrare mihi videntur, qui *principiam* nostri mali *causam* in *bile* ponendam esse, statuunt. Neque solum id acris et putrida bilis, quae in hoc morbo expellitur, sed etiam cadaverum dysentericorum extispicia docent, ubi bilis semper vitiata modo in quantitate, modo in qualitate deprehensa est.

§. X.

Ex causis vero procatarctis tempestatis ratio, aerisque vita in censum veniunt. Multis equidem observationibus constat, calidissimam aestatem, subitasque aestuantis corporis refrigerationes plurimum ad morbum nostrum induendum valere. Et ratio sponte liquet; intensus enim et diuturnus aeris calor solidorum robur infringit, sanguinem resoluti, eumque acrem et ad putredinem prouum reddit. Sed fieri non potest, quin bilis eandem, qualis sanguini, unde fecernitur, ineft, naturam induat, et acrior inde reddatur. Quod si vero frigore nocturno vel quoconque refrigerio

B 2 ad.

admissio cutis constringitur, impuriores hinc alcalinaeque fordes in sanguine caloris ope generatae, exhalatione earum praepedita, ad interiora intestinorumque tubum ruunt, et bilem iam vitiatam sua acrimonia exasperant, magisque corrumpunt. Praeterea quoque aestus primis viis quam maxime infensus est, dum solidas partes relaxat, et liquidorum putredinem dignit, ut GAVEIVS d) egrégie docet, ea, inquit, quae primis viis continentur, sicubi ad fermentandum aut putrescendum prona fuerint, aestuoso aere tanto citius in hos motus concitantur, ac ructus, inflationes, dolores, spasmos ventriculi et intestinorum, anxietates, vomitum, choleras, diarrhoeas, dysenterias etc. producunt.

§. XI.

Adiuuant et augent humorum corruptionem humida aeris constitutio eiusque impuritas. Satis enim notum est, calidum aerem et simul humidum solida relaxare, vasorum vim infringere, citiusque putredinem accelerare. Praecipue vero attentionem metetur aëris impuritas, quae effluviis ex corporibus putrescentibus, uti sunt aquae stagnantes, corruptae, inhumata animalium corpora etc. debetur. Putridae enim, quae continuo aërem ingrediuntur, particulae valetudinem maximopere laedere debent, siquidem aër undique corpus ambit et per cutis, oris, nariumque spiracula ipsum ingreditur, et humores contaminat.

§. XII.

d) Inflit. Patbol. med. §. 424. pag. 204.

§. XII.

Per contagium quoque morbus, ubi primum emersit, latissime disseminatur. Vario autem modo per lac nutricum, sudorem, et latrinas in fano et dispositos malum propagatur. Imprimis vero exhalationes excrementorum sunt exitiofae, et v. SWIETEN e) commemorat, medicum faeces dysenterici moribundi lustrantem, tetro halitu affectum, illico in eundem morbum delapsum fuisse; et in castris dysenteria ex stramentis facibus confusuratis latius diffunditur. Verum et vestibus inhaeret contagium; sic multos res infectas tractantes in hunc morbum incidisse, obseruatis constat. Terror vero maximeque timor multum conferunt ad contagium eo citius recipiendum.

§. XIII.

Commemorandi quoque veniunt fructus horaei, in quos veteres omnem fere culpam coniecerunt; plurimi autem recentiorum eorum usum seu optimum praesidium, unde et dysenteria praecaueatur et sanatur, laudant. At vero utraque sententia suis limitibus circumscribenda est. Evidem fructus, ut veram huius morbi causam veteres perperam accusarunt. Notum enim est, dysenterias quandoque praecocius, dum fructus in flore adhuc erant, exortas fuisse, neque ab his sibi cauentes a morbo immunes manuisse, ac saepius usu eorum dysenterias fuisse fanatas. Sed fatendum quoque, eos non omni vacare culpa. Fermentifica enim sua indole intestina irritant, indeque colicos dolores ac terminosas diarrhoeas

B 3

e) I. c. pag. 396.

14

concitari certum est. Quodsi vero aëstas calidissima humorum corruptionem induxit, copiosus acres humores ob irritationem a fructibus excitatam ad intestina ruunt, ibidemque tragediam ludunt. Patet itaque hinc, fructus horaeos maximeque immaturos occasionem dysenteriis concitandis omnino praebere.

§. XIV.

Ex his uteunque expositis haud difficulter symptomatum ratio eritur. Acerrima videlicet materia tunicas intestinalium nerueas rodit ac vellicat, indeque ventriculus ob insignem canalis alimentaris irritabilitatem in consensum trahitur, hinc nausea ac vomitationes, quae eo magis intenduntur, quo plus faburiae ventriculo inhaeret. Congeruntur autem humores in irritatis partibus, hinc biliosi, pancreatici, aliquique humores ex innumeris illis vasculis, quibus intestina donantur, cumulate ad intestinalium canalem ruunt, unde deiectiones numerosissimae oriuntur, sed crebrae potius quam copiosae sunt deiectiones, ob motum enim peristalticum nimis acceleratum illa, quae intestinalium cauo continentur, citius ad anum veniant, et spasmas quoque excitatus excretionem largiorem impedit. Neque minus insignia tormenta violentis ictibus contractionibus et acerrimae materiae tunicas rodenti debentur, et materia, si imprimis in rectum intestinum decubuit, tenebrum patit. In progressu morbi intestina ob derasum mucum sensibilia evadunt, faciliusque acrimoniae stimulum percipiunt. Glandulae intestinalium, ab acri bile irritatae, copiosum fundunt mucum, qui saepius pro purulenta materia habetur. Fibrosoe quoque partes,

quae

quae excernuntur, sunt rarissime interioris intestinorum tunicae frustula, sed potius ex sanguine grumoso vel glutinosa materia conflantur (§. VII.). Dum acris materia irritatione sua humores allicit, dilatantur inde ostiola vasorum et sanguis profluit: denique ea inflammationem et gangraenam inducit. Cadaverosae autem et in-grae deiectiones, sudor frigidus, singultus, deliria, gangraenae intestinorum signa sunt.

§. XV.

Restat, ut de signis tam diagnosticis quam prognosticis dicamus. Non est vero, utis multum immorer, quibus noster morbus ab aliis alii fluxibus ututi terminosis distinguitur. Differt enim tor- minum ferocitate, et contagiosa indole; statuto praeterea tempore inuidit, cum alii alvi fluxus omni tempore excitentur. Quod vero ad prognosin spectat, valde periculosus est morbus tabidis, seborbuticis, grauidis, pueris, senibus, et omnibus iis, qui viscib; laborant. Vomitus frequentes et singultus, conuulsiones, faecum graveolentia, pellieulae ab intestinis abrasae, ani striatura, ut nullus pateat clysmatibus aditus, summan munitantur perniciem. Sudores aequaliter per totum corpus diffusi, et urina sedimentum largum deponens, profundunt. Nulla autem vitae spes est, quando cum pulsa celeri ac debili, et ardore interiorum extremitates frigent, faeces involuntarie elabuntur, et egregie foent; quando sudor frigidus est, mens alienatur, sitis perit, fauces inflammato- riae vel paralytiae fiunt, et dolores subito cessant.

SECTIO



SECTIO PRACTICA

§. XVI.

Sequitur nunc, ut, absoluta theoretica crudelis dysenterici mali consideratione, ad eius curationem me accingam. Sicuti vero omnibus in morbis, ita quoque in nostro dysenterico fluxu diaetae regimen quam maxime obseruandum est; quod si negligitur vel optimis praefidiis parum efficimus. Vbi itaque hoc morbi genus se prodit, a carnibus, iusculis carnosis, ouisque abstinendum, vtpote quibus præcliuitas ad putredinem augetur. Vitentur cibi duriores ac difficilioris digestionis; vinum, et aromatica certo modo nocere possunt; omnia autem exaestuantia sunt nocentissima: interea, quoad vinosa, cum B. IVNCKERO f) frequentius obseruauit Ill. PRAESES, dysenteriam hoc peculiare habere, vt modicus usus vini generosi rhenani non solum non noceat, sed plerumque etiam, licet febris conspiret, bonum effectum praefert. Neque cerevisia conuenit, sed potus ordinarius sit decoctum auenae, hordei etc. Et aqua simplex optimum praefstat effectum tepide largiusque epota. Vietus sit facillimus et ad acescentiam pronus, veluti sunt iuscula ex hordeo, auena, oryza. Imprimis vero de aeris puritate et renouatione nos sollicitos esse oportet. Id quod acetо super pavimentum insperso aut in vapores resoluto, fenebrisque cante apertis impetramus. Neque minus vasa, quae excrementa foecida recipiunt, quantocuyus remouenda et acetо eluenda sunt. Lin-

teami-

f) Confer. Conspect. Therap. Tab. LXXVII. pag. 640.

teamina stragulaque conspurcata saepius mutentur. Denique corpus moderate tegendum est, vt minus incalescat, ex altera vero parte omnis refrigeratio follicite caueatur.

§. XVII.

Rationalem vero dysenteriae curam aggressurum sequentes indicationes respicere oportet:

- I) Materia acris, rodens, corrupta, crassior, foeculenta quantocvus expellenda et demulcenda est, habito insimul respectu ad subtilissimam specificam fermentatiuam substantiam.
- II) Motus intestinorum effreni a materia morbifica concitati compescendi sunt.
- III) Tonus denium ventriculi et intestinorum restituendus est.

§. XVIII.

Cum vero dysenterici plerumque ex inflammatione intestinorum intereant, in plethoricis, iisque, quibus sat integrum virium robur est, a venaefctione, ad inflammationem praecauidam, cura incipienda est. Contra vero, vbi vires deficiunt, omnino eam reiiciendam esse iudico, vt ne pluribus euacuationibus natura demum succumbat. Plerumque in nostro morbo minus necessaria est.

§. XIX.

Quod ad primam indicationem attinet, probe inquirendum est, num acris putrida materia per superiora inferioraque euacuanda

C

fit.

fit. Quodsi lingua sordida, nausea, vomendi conatus vomitum indicant, protinus emetica medicina propinanda est, ne mora noxiū ventriculo inhaerens ad intestinorum canalem trahatur. Comendant hunc in finem Ipecacuanham ad viginti vel triginta grana; certius enim inde optatum effectum sperare licet, ac si minori dosi, vt alii volunt, porrigitur. Haec radix fatis secure in omnibus aegris, vbi vomitorio vti licet, adhiberi potest, et obseruatio docet, tempestiuo eius vſu morbum vel vna vice sublatum, aut valde imminutum fuisse, vt facilius vinceretur. Et pluribus in epidemiis illa effectum praestitit adeo insignem, vt antidyfentericae radicis nomen sibi acquisuerit. Nec praeter rem: materiam enim nociuam expellit, et adstringendo relaxatis intestinis robur conciliat, eorumque tonum restituit. In vniuersum equidem praefero eam antimonalibus emeticis, vtpote quae magis irritant et ventriculum laedunt. Interdum tamen et ab his auxilium petendum est, quando tenax pituita ventriculum obsidet, tumque tartari emetici solutio longe praefstat; id quod iudicio medico relinquendum.

§. XX.

Praemissio emetico, aut si hoc non indicatur, statim ab initio acrimoniam putridam biliosam per aluum educere conuenit. At leuiora et acidula purgantia, veluti sunt Cremor Tartari, et Tamarindi, in usum trahantur. Decocto hordei optime Cremor Tartari admisceatur, et Tamarindi per se, ea dosi, ut alvus satis copiose ducatur, exhiberi possunt. Resistunt haec patredini, et materiam nociuam blande evacuant. Eximus quoque est Rhabarbari

vſus

usus; et in sequentibus diebus illud vel in puluere, vel intinctura datum ab omnibus fere medicis summis extollitur laudibus, et certe acrimoniam praesertim biliosam, infringit, involuit, abstergit atque intestinis robur reddit.

§. XXI.

Ad demulcendam faburrae intestinis inhaerentis acrimoniam praefidio sunt mucilaginosa, velut decocta hordei, auenae, emulsiones ex amygdalis duleibus, infusum theaeforme seminis lini, mucilago radicis Salab, maximeque Gummi Arabicum, quod decocto hordei, vel florum Chamomillae infuso satis commode admisceri potest. Atque haec vario modo profundunt, dum acres partes involunt, intestina muco orbata defendunt, et vias reddunt lubricas. Inferunt quoque huic scopo, simulque tenesimum adeo molestum leniunt clysmata, quae ex decocto hordei, vel infuso florum Chamomillae et Gummi arabico parari possunt. Salutariter quandoque his iunguntur oleosa ac opia. Olea enim hoc modo adhibita nullam inferunt noxam, cum intus data, semper sint suspecta. Praeterea clysteres ex Cortice Simarubae suam merentur laudem.

§. XXII.

Eductis iam maximam in partem cordibus, motus effreni sunt compescendi. Igitur ad opia configuriendum est, quorū spestant Diaſcordium Fracastorii, Laudanum liquidum Sydenhami etc. At vero circumspēcte iis utendum, ne materies cauſtica retineatur, summeque periculosa inde eueniant mala. In uniuersum metu

—

Ius est ab iis abstinere. Longe tutiorem effectum praestant demulcentia, in quibus saepius contentos nos esse oportet. Et externa remedia, si tormenta sunt vehementiora, haud negligantur, hinc eis succurrentum est fomentis et cataplasmatibus ex auena excorticata, herbis aliisque emollientibus paratis. Nec non vesicantia abdomini imposita eximium hic praestant usum.

§. XXIII.

Superato morbo, ad tertiam indicationem explendam varia roborantia in usum vocari possunt. Imprimis huc pertinent Cortex Peruvianus, Cascarilla, exotica ista radix, quae *colomba* dicitur, Elixirum viscerale ex stomachicis extractis paratum, et Simaruba, quae in decocto exhibita valde proficia est, si modo primae viae satis sint euacuatae. *Clariss. PRINGLE* fortiora quidem adhuc adstringentia, et praeparatis Extractum Ligni Campachini commendat; ubi deiectiones valde frequentes permanerent. Semper autem hoc in casu fortiora adstringentia, remediiis leniter roborantibus, subadstringentibus postponenda, et tunc denum eligenda sunt, si antea relata medicamina nil praestent, et persuasum omnino nobis sit, non restare in primis viis impuritates. Tuitius igitur erit, hoc in casu, monente *Ill. PRAESIDE*, Electuarium ex Theriacae Andromachi, roob Juniperi aequali parte una, dimidia Cascarillae, tertia extracti Gentianae rubrae vinosi, et quarta extracti Tormentillae aquosi parte, cum f. q. Syrupi Cydoniorum confitum, intrepide bis terue in die ad drachma dimidia ad unam exhibere.

§. XXIV.

§. XXIV. OMNISITIAMA

Supereft, ut febris, quam dysenteria fociam habet, mentionem faciam, sub ejus direktione habeatur respectus materiae subtilissimae, fermentescens, per flectiflamma diapnoica eliminandae. (§. XVII. n. I.) In grauiori enim gradu febris tum putrida tum maligna accedit. Quod putridam febrem attinet, ea, quae iam commendata funt, medicamenta conveniunt; praeter corallia aufem, cum antimoniatis fixis et refracta Nitri dosi maritata, succi pafertim vegetabilium acidi, Spiritus Vitrioli et decoctum Corticis Peruviani proficiunt; quae quoque generalis medendi ratio valet, si cum dysenteria febris maligna complicatur.



ORV

AMAN-

AMANTISSIMO SVAVISSIMO QVE
WALTHERO
DOCTISSIMO DISSERTATIONIS AVCTORI
S. P. D.
CAROLVS FERDINANDVS BRVCKNERVS

GRYPHIBERGA - SILESIVS

S. L. C.

Quamquam hoc amicitiae nostrae testimonio, nec amor meus indigere, nec tuvs erga me animus illud desiderare videatur; tamen non vna est causa, quae me nunc vocet ad officium fausta publice tibi precandi in hoc die tam honorifice, quam laetissimo, quod, cursu studiorum TVORVM feliciter exacto, summis artis medicinae honoribus sis ornatus. Gratulor tibi ex animo studia perfecta, ideoque eo magis, quo latius ea patent. Quod reliquum est, tu nunc abis in patriam ita ut a veteri amico discedas, nouos inueniturus. Nolo me illis praeponas; neque vero me prae his obliuiscaris, aut contemnas; imo nouos amicos ita colas, ut memoriam veteris non magis abiicias, quam a me veteris amici memoriam nouorum amori condonari mea fides vñquam patietur. Vale. Dabam Halae a. d. VIII Octobris MDCLXXXII.

VIRO

VIRO PRAECLARISSIMO

DOCTORANDO WALTHERO

S. D. P.


IOANNES GOTTLLOB KRAVSE

HEIDAVIENSIS - SILESIUS

THEOL. STUDIOS.

Iam dudum est, ex quo sincerum animi cultum, quo in Te ferri,
 totumque rapi me sentio, publico quodam argumento testatum
 facere, constitutum habui. Noli igitur mirari, si ad diem hodier-
 num, Tibi et mihi festiuum, quo summos in Medicina honores ac-
 cipies, confugi. Accipe igitur, Vir Praeclarissime, haec pauca,
 animumque Tibi deditissimum multo magis quam exiguum linearum
 numerum respice. Quod si feceris eximie laetabor, et voti me
 summam assecutum putabo. Quod reliquum est nihil magis in vo-
 tis habeo, quam ut Deus Opt. Max. Teque Tuosque inprimisque
 Cognatum Tuum Optimum incolumem diu et saluum conferuet,

tua-



tueatur, praestetque Tibi in patria felicites, Tuo amore et do-
ctrina artis corpus humanum conseruandi dignas, hoc est: maxi-
mas et quam plurimas. Vale igitur! sed ita, ut et in posterum
commendatissimum Tuae benevolentiae me habeas. Dab. in Acad.
Fridericiana d. VIII. Id. Octobr. MDCCCLXXXII.




Halle, Diss.: 1782/85

ULB Halle
002 169 606

3



sb



1782
5

DE
MORBO
DYSENTERICO

CONSENSV
GRATIOSAE FACVLTATIS MEDICAE
IN REGIA FRIDERICIANA

PRAESIDE
D. PHILIPPO ADOLPHO BOEHMERO

FACVLTATIS MEDICAE SENIORE ET H. T. DECANO

PRO
GRADV DOCTORIS MEDICINAE

SOLEMNITER CONSEQUENDO

DIE VIII. M. OCTOBR. MDCCCLXXXII

PVLICE DISSERET

AVCTOR

FERDINANDVS FRIDERICVS WALther

GLOGAVIA - SILESIUS.

HALAE MAGDEBURGICAE,
LITTERIS FRID. WILH. MICHAELIS.

1782

B.I.G.